

Jaume de PUIG I OLIVER

NOVES FONTS PER A L'ESTUDI DE LA *INCANTATIO STUDII
ILLERDENSIS* DE NICOLAU EIMERIC

Quan vam editar aquest tractat antilul·lià d'Eimeric¹ vam aventurar la hipòtesi que el grup atacat per l'inquisidor podia haver estat influït directament o indirecta pel *Libellus fratris Thelesphori presbyteri ac eremitae secundum auctoritates sanctorum prophetarum et veterum chronicarum de causis, statu, cognitione ac fine praesentis schismatis et tribulationum futurarum*². En efecte, pel que aleshores sabíem d'aquesta obra, constatarem que els lul·listes lleidatans hi tenien més d'una coincidència:

- a) la referència reiterada als vaticinis profètics
- b) el tema de la persecució del personal clerical i religiós
- c) la destrucció dels temples i la desaparició del culte cristià
- d) l'obertura d'una època religiosa nova
- e) el passatge a Jerusalem i l'elecció d'un papa angèlic.

Vam poder fonamentar aleshores aquestes coincidències gràcies a fonts indirectes i molt escaduseres³. Posteriorment hem pogut consultar el ms. lat. 3184 de la BNP que conté, entre d'altres, l'obra de Telesfor de Cosenza⁴, i això ens porta avui a donar alguns textos d'aquest manuscrit que podran completar i en algun cas aclarir ulteriorment el que vam dir ara fa alguns anys.

a) Pel que fa a l'aplec de vaticinis profètics de tota mena, n'hi ha prou de reproduir el començament del llibre, on aquests vaticinis són enumerats detalladament:

«In nomine Domini nostri Ihesu Christi et gloriose Genitricis eius ac totius celestis curie. Amen. Incipit libellus fratris Thelofori presbyteri heremite secundum auctoritates prescriptorum prophetarum et verarum chronicarum de causis, statu, cognitione ac fine presentis schismatis et tribulationum futurarum, maxime tempore futuri regis aquilonis vocantis se Fredericum imperatorem tercium,

1. Cf. *La Incantatio Studii Ilerdensis de Nicolau Eimeric, O.P. Edició i estudi*, dins «Arxiu de Textos Catalans Antics», XV (1996), 8-108.

2. Cf. *ib.*, 29, nota 82.

3. Cf. *ib.*, 29-37.

4. Per a la descripció del ms. cf. F. KAMPERS, *Kaiserprophetien und Kaisersagen*, Munich 1895, 248; E. DONCKEL, *Studien über die Prophezeiung des Fr. Telesforus von Cosenza O.F.M.*, dins «Archivum Franciscanum Historicum», XXVI (1934), 35, 50; N. VALOIS, *La France et le Grand schisme I*, 373, n. 4; *Bibliothèque Nationale. Catalogue général des mss. latins*, t. IV (nos. 3014 à 3277), Paris 1958, 322-323. El ms. procedeix del convent de Carmelites de Clermont-Ferrand: cf. *Catalogue général des manuscrits des Bibliothèques de France. Départements*, t. XIV, p. xvi.

vsque ad tempora futuri pape vocati Angelici pastoris, et Karoli regis Francie futuri imperatoris post Fredericum tertium supradictum. Item de summis pontificibus Romane ecclesie a tempore dicti Angelici pastoris vsque ad tempus vltimi antichristi. Item a tempore dicti vltimi antichristi et post mortem ipsius vsque ad extremum Dei iudicium, et cetera.

«Vniuersis ac singulis fidelibus christianis, ecclesiasticis ac secularibus, humilis frater Theoloforus de Cusantia, pauper presbiter ac heremita prope Thebas, humiliari sub diuina potentia maiestatis ac ipsius gratiam et gloriam.

«Cum tristis et dolens de malis presentis scismatis, accionibus occurrentibus et verisimiliter occursuris mansuetissimum Dominum cum jeuniorum lacrimarumque copia sepius humiliter exorassem quatinus instantis scismatis causas et quis in ipso scismate asserencium se summos pontifices verus pontifex et quis pseudo pontifex exstaret, ipsius quoque scismatis qualem et quorum finem ac quando finito scismate Dei Ecclesia maxime cum principibus secularibus regeretur, ipse Dominus michi seruo ostendere dignaretur, anno a nativitate Domini predicti millesimo CCCmo LXXX VI^o prefati Domini mei, michi dormienti leui sompno et quasi hoc stupenti missum extiti[t] uidere angelum Domini virginei aspectus et altitudinis duorum cubitorum, ornatum duabus alis valde nitentibus, alba et clara ueste amictum michique dulciter alloquentem hec verba: «Dominus exaudiuit preces tuas dicens quod seruis suis dilectis Cirillo presbitero et heremite in monte Carmeli, Joachim abbati et multis aliis seruis suis presens scisma futurum et eius scismatis causas et qui esset orto pontifex et qui pseudo pontifex finemque eius, et post ipsum scisma futurum Ecclesie regimen per Spiritum Sanctum et angelum iam diu indicauit et apperuit. Queras igitur predictorum libros et scripta et tunc tue erit satisfactum voluntati. Et quod in ipsis libris uel scriptis reperis scribe et aliis pro tua et ipsorum salute indica et reuela». Quibus dictis et auditis, prefatus angelus illico disparuit.

«Ego autem timidus a sompno surgens vocaui fratrem meum carissimum fratrem Eusebium Vercellensem, cui omnia supradicta patefeci. Cuius consilio ipse et ego cum maxima diligentia in ciuitate Thebarum et Consencia, vbi ortus est prefatus Joachim sanctus propheta, et in aliis locis circumuicinis ipsi ciuitatibus predictorum virorum libros quesiuimus.

«Et tandem inuenimus supradicti *Cirilli* librum qui «Domui totius diuine» etc. Cuius libri verba angelus Domini in duabus tabulis argenteis continentia futura magna negotia, incipiendo ab anno M CC LIIII, ipsi Cirillo nuntiauit dum celebrabat, ut uidi alibi, et dedit.

«Item inuenimus omnes libros prefati magni prophete *Joachim* et maxime ipsius singulares missos Henrico de Sueuia imperatori VI, ac olim singularem librum ipsius intitulatum *Librum de Flore* de summis pontificibus, ab Innocencio quarto vsque ad Antichristum, qui incipit: «Tempore colubri leene filii».

«Item inuenimus vnum singularem librum intitulatum «Hic incipit reuelatio que de *Orosco* intitulatur», extractum de ebreo in latinum a Dandalo Ilerdensi de summis pontificibus futuris a Nicholao tertio vsque ad angelicum pastorem, qui incipit: «Etenim omnipotens est opifex».

Item vnum quemdam parvum librum intitulum *Hec est reuelacio Merlini de summis pontificibus*, qui incipit: «Glorioso patri B. diuina prouidentia».

«Item inuenimus quemdam parvum librum intitulum *Rabani de summis pontificibus* qui incipit; «Genus nequam».

«Item inuenimus quamdam reuelacionem factam per Spiritum Sanctum beato *Francisco* de presenti scismate, qui incipit: «Sacri beati Francisci».

«Item inuenimus multas alias prophetias et visiones sanctorum et maxime quasdam singulas, quarum vna incipit: «Ve mundo in C annis». Alia autem incipit: «In vigilia Ascensionis». Alia autem incipit: «Scitote qui».

«Item inuenimus librum continentem vates Ambrosi, Merlini, Sibille Erithee, de Babilonia, Sibille Tiburtine et Sibille Helespontine de presagiis futurorum.

«Item etiam inuenimus extracciones propheticarum continentes que ventura sunt et debent ab anno natiuitatis Domini M^o CC vsque finem Antichristi magni.

«Item inuenimus cronicas Cusantini Antifertis ac fratris Theleuci de Luca, et multas alias cronicas scribentes omnia gesta Ecclesie et specialiter scismatum et intrusionem romane Ecclesie de anno supradicto natiuitatis Domini millesimo CCC XVI uel citra.

«Quibus omnibus et singulis per me fratrem Theloforum uigilantissimo studio perlectis ac orationibus et lacrimis Domino sepe effusis vt veritatem predictorum michi ostendere dignaretur, valde gauisus sum tamquam clarefactus de predictis que diu scire desideraueram. Namque clare cognoui presens scisma eiusque causas per Spiritum Sanctum CL annis elapsis prefatis Joachim, Cirillo et aliis supradictis sanctis uiris fuisse predicta et demonstrata. Quorum prophetarum et sanctorum uirorum verba inseram pura fide presenti libello, nichil de meo ponens, obediensque in hoc mandato angelico qui michi reuelauit vt inuenta in predictis scripturis aliis reuelarem»⁵.

b) Pel que fa al càstig i reformació de l'estament clerical, el llibre de Telesfor és explícit. D'antuvi recollirem el tema que en la perspectiva de la persecució dels eclesiàstics, els clergues no gosaran manifestar-se externament com a tals i que amagaran la tonsura⁶:

«Item in diebus illis erit Ecclesia Dei bonis superfluis circumscisa et bonis temporalibus spoliata, spiritualibus autem maximis predita. Sed antequam hec

5. BNP ms. lat. 3184, f. 106r, línia 20 - 106v, línia 41.

6. Cf. l'article setè dels lul.listes al.legat per Eimeric en la *Incantatio*: «... nec aliquis clericus auderet allegare coronam»; *a. c.*, p. 48.

fiant necesse est ut cleri incrassati et in superbia eorum viventes tonsuram suam abscindent et se clericos negent»⁷.

«... sic infra hanc tribulationem vacabit sedes romana et credo per unum annum cum dimidio, prout habetur in capitulo V et VII libri Cyrilli, in quo tempore vacationis clerus erit nimirum tribulatus et afflictus, quod tonsuram abscondet et se clericum negabit quasi omnis ecclesiastica persona.»⁸

bb) La causa del gran cisma és el propòsit de reformar l'Església de dalt a baix, apartant-la dels béns temporals:

«Et dico secundum Spiritum Sanctum et Joachim in libro Cirilli et super Jeremiam, ut exprimetur et probatur infra, quod causa efficiens presentis scismatis est Deus, qui propter peccata cleri et dispositione et tolleratione promissit promittitque presens scisma, quia initium omnium malorum, ut VI c. Cirilli, c. *Si multum*, in glossa, verbo *Jeroboam*. Causa autem finalis est reformatio et conuersio cleri in spiritualibus nam cum diuicie et dominia temporalia fecerunt clerum repudiatum ut viciosum et attendentem solum ad temporalia, ipse Deus disposuit ipsa bona et dominia temporalia ab eo auferre, ut ipse clerus discat vivere et attendere in spiritualibus secundum formam datam ipsi clero a Petro et aliis fundatoribus dicti cleri et ecclesiasticorum. Unde Joachim in libro de consolatione: «Quanto erit maior confusio et diuisio in Ecclesia Dei tanto erit maior consolatio, quia fluctuando exaltabitur sponsa Christi et erugo cadet a facie Ecclesie triumphantis»⁹.

«Ostensis igitur causis efficienti et finali presentis scismatis, id est, viciis et peccatis cleri prouenientibus et maxime ex habundancia diuiciarum et exercicio domini temporalis, quas diuitias et dominia temporalia Deus disposuit, ut supra apparet, auferre a romana Ecclesia et toto clero, vt ipsis bonis temporalibus dimissis delectentur solum in spiritualibus, et ipse clerus dimissis sordibus viuat in Domino, restat uidere de religiosis mendicantibus bona temporalia possidere non debentibus. Actamen, antequam ad statum perueniatur, sciendum est quod supradicta reformatio et omnia supradicta tangunt quemcumque et qualescumque»¹⁰.

«Item afflictio tangit omnes ordines. Unde Joachim SUPER JEREMIAM ad H. imperatorem super verbo *luxit Judea* sic dicit: «Omnes ordines Ecclesie affligentur, nam primi vastandi, secundi destruendi, tertii precipitandi. De primis: seminaverunt triticum fidei coniugalis et spinas mensuraverunt fornicantes. De secundis: isti currebant ad temporalia et ego non mittebam eos nisi ad spiritualia. De tertiis: scopulis currentium inclinati sunt, quia de contemplanti sublimibus inclinantur ad terrena desideria uanitatis.»¹¹

7. BNP ms. lat. 3184, f. 108r, línies 32-35.

8. *Ib.*, f. 117v, línies 21-25.

9. *Ib.*, f. 108r, línies 20-31.

10. *Ib.*, f. 110r, línies 33-41.

11. *Ib.*, f. 110v, línies 7-13.

«De peccatis et viciis religiosorum mendicantium propter que ipsi religiosi et eorum ordines iusto Dei iudicio destrui et auferri debeant ab ecclesia romana et Dei vniuersali ecclesia. Item de sancta et noua religione facienda et ordinanda virtute Spiritus Sancti que precedet omnes antiquas religiones sanctitate, bonitate et virtute.

«[V]ertatur nunc stilus ad statum et processum religiosorum mendicantium, qui temporalia bona possidere non debent; fronte verecunda dico dolens de ipsorum proxima et inexplicabili ruina quam Spiritus Sanctus dicto Cirillo non solum semel, sed pluries dixit eorum ruinam ac vnum singulare capitulum Spiritus Sanctus exposuit de principio, medio ac fine dictorum religiosorum. Tetigit Spiritus Sanctus de ipsis in c. VI Cirilli ibi, *Tunc eptigadis*, et ibi, *Si laueris*. Et in verbo *ore ortum* et in c. VII ibi, *Tunc palam false* etc. et in c. VIII^o ibi. *Ne obliuiscaris*. Et in omnibus predictis locis sunt glosse Joachim cum Spiritu Sancto dictis religiosiis maxima verba cominantes, cuius capituli verba breuitatis causa non in totum diffusim hic inserere, sed aliqua propter que ueritas cognoscatur de ruina et vita ipsorum religiosorum, quod capitulum incipit *Ve mulieribus* et est c. XX, XI dicti libri Cirilli, licet aliqui ponant quod c. XI^m et capitulum vltimum est. In quo c. Spiritus Sanctus de ipsorum religiosorum vita et ruina inter cetera dicit infrascripta uerba: “*Ve mulieribus excisis de petra ...*»¹².

«Super verbo *frondes arbores decorantes*, intelligit prelatos religiosos qui ad ecclesiasticas dignitates promoti in ordine eodem eorumdem honorem et gloriam redundabunt, ut falso putabunt, falso inquam quoniam spiritualem paupertatem reicere et ad splendidas diuitias peruenire non est honorabile eis quo ad Deum, sed uituperabile potius. Super uerbo *flores odoriferos*, bonam famam intelligit, qua tandem carebunt. Super uerbo *lupi rapaces*, hic ostendet quod non solum extrinsecus quo ad secularia, sed intrinsecus quo ad se inuicem prauis existent, alius alium persequendo uel offendendo inique.»¹³

«Item Joachim in c. VIII Cirilli quod incipit *grandis aquila*, super uerbo *obliuiscaris*, dicit quod ordo fratrum minorum acerbissime punietur, sed totaliter non destruetur propter sanctitatem fundatoris eiusdem. Ceteri ordines mendicantium penitus destruentur.»¹⁴

«Quando autem ista persecutio et per quem fieri debeat contra dictos religiosos respondetur quod incipietur per imperatorem nomine Fredericum qui secundum communem opinionem prophetarum incipiet regnare infra sex annos. Item dicti fratres minores multum patientur et dispergentur quando in ciuitate Parisii fiet illa nouitas et vacatio romane ecclesie de quibus Spiritus Sanctus loquitur in VI c. libri Cirilli in li. *peribit nouitas mandata*, in uerbo *expa(e)rtigadis*, et ibi glossa Joachim. Maior autem persecutio et destructio fiet tempore sanctissimi primi pape futuri post has et alias tribulaciones. Item Ioachim in libro Cirilli in c. *de mulieribus* supradicto, super uerbo *multos*, expresse et clare tenet quod Deus etiam aliquas religiones que sunt sub habitu nigro destruet et reprobat»¹⁵.

12. *Ib.*, f. 110v, línies 20-31.

13. *Ib.*, f. 111r, línia 37 - 11v, línia 2.

14. *Ib.*, f. 111v, línies 20-23.

15. *Ib.*, f. 112r, línies 4-14.

«... romana ecclesia et prelati perdent magnam partem domini temporalis et aliorum bonorum ratione instantis scismatis et etiam punientur in personis, multa dampna et iniurias recipientes. Item Joachim in *Libro de flore*, Merlinus, Dandalus et Rabanus in libris superius nominatis expresse dicunt quod tempore angelici pastoris et duorum proxime successorum ipsius romani pontifices sponte renuntiabunt dominio temporali spiritualibus adherentes et per consilium generale ordinabitur quod prelati et clerus habeant solum victum et vestitum honestum et vere necessarium, reiectis omnibus pompis ac deliciis et prelatorum et cleri bonis distributis pauperibus Christi; de quibus angelico pastore ac successoribus clarius inferius describitur, cum de ipsis tractabitur ...»¹⁶

«Viso de destructione et ruina romane ecclesie, cleri secularis, religiosorum, specialiter mendicantium religiosorum ac aqualiter de eorum spirituali reparatione in futuris, restat uidere quo tempore hec destructio fiet. Item per quos fiet. Item in quibus bonis. Item quis in presenti scismate est verus pontifex. Item quis est pseudo pontifex et qualis erit finis presentis scismatis. Item si an verus pontifex uel pseudo vincat. Item quo loco pseudo pontifex punietur cum sequacibus. Item quanto tempore durabunt scisma et tribulatio. Ad primum respondet secundum Spiritum Sanctum et Joachim in predicto Cirillo in VII^o c. quod vniuersalis ecclesie calamitas et destructio incipient presenti scismate [*segueixen nou línies ratllades*] inchoante, que uerba Spiritus Sancti sunt hec: Tunc quoque si...»¹⁷

«Ad secundum autem uidelicet per quos romana ecclesia et clerus debeant molestari et conculcari personaliter et realiter, dico quod Joachim super Jeremiam ad imperatorem clare et notanter dicit quod romana ecclesia et totus clerus tripliciter percutientur hiis temporibus antequam flagellum cesset. Que uerba Joachim sunt in 1^o c. in verbo *secundum numerum animarum tuarum alius Dei tui nida* (?) et sic dicit: romana ecclesia et prelati percutiendi sunt virga imperialis potentie, atterendi sunt gladio prophetie, vastandi leone gentis incredule ad exterminium uite carnalis. Nam ipsa tria necessaria sunt: virga discipline, gladius doctrine, leo potentie. Disciplina motus corrigit inquietos, doctrina sensus instruit imperitos, potentia actus comprimit dissolutos. Quis autem sit imperator qui percutere debeat romanam ecclesiam? Respondetur quod est Fredericus genere alemannus qui in breui ad cumulum alemannorum fiet imperator et vocabit se Fredericum imperatorem tertium et erit de genere Frederici imperatoris secundi. Hic Fredericus supra quem credi posset omnia deustabit secundum concordiam omnium prophetiarum tam veteris quam novi testamenti, de quo Frederico aliquid inferius dicetur. Quis sit pseudo-propheta supradictus? Respondetur maxime quod erit pseudopontifex seu antipapa qui erit nacione alemanno (*sic*) eligendus malicia dicti Frederici. Unde Joachim s[uper] Apoc., super verbo *tenebre* etc., clare dicit quod vltima persecutio pseudoprophete erit grauior et inhumanior omni alia preterita persecutione clero et populo christianis pseudo prophetam preambulum antiChristi sibi que contemporaneum inferenda, cui tertius Fredericus regulus illius perfidie potentiora venena diffundet, quod ex illo Apoc. loco conuertitur ubi bestia de terra consurgens prioris bestie vniuer-

16. *Ib.*, f. 112v, línies 28-37.

17. *Ib.*, f. 112v, línies 4-12 i 21-22.

sam faciei uissionem. Hec Joaqchim vbi supra. Que autem sit gens incredula que debeat percutere clerum et populum xtianum ? Respondetur per Spiritum Sanctum in libro Cirilli, in c. *grandis aquila*, quod erunt turci, greci et sarraceni qui coniugentur dicto Frederico ut dictos ecclesiam et populum xtianum humiliant et destruent. Etiam erunt alii sarraceni et tartari qui secundum sibillam Helesponticam, ubi ponit de VI miliario, et Joachim hiis temporibus fortiter debent affligere clerum et populum christianum et in fine VIe etatis in qua sumus secundum omnes prophetas.»¹⁸

«Quomodo ecclesia et clerus iuste a Deo punientur, quia non distribuunt bona temporalia pauperibus, ut debent, et habent arma, cum orationibus debeant insistere.

«Viso per quos ecclesia affligi debeat, restat uidere in quibus. Respondetur quod personaliter et realiter. Quod autem ecclesia debeat affligi realiter et etiam personaliter satis supra in multis locis dictum est, sed speciali verbo dicendum est quod ecclesia romana specialiter perdet donacionem factam ecclesie per Constantinum imperatorem, quam Spiritus Sanctus in c. VII libri Cirilli uocat priuatum munus; qui vere Constantinus in ecclesia Dei infudit, cum tanti metalli superbiam Silvestro pape contulit. Joachim ibi, est de *ipsa predicere*, et in c. *Multa grafizas*¹⁹.

c) Si no hem trobat en el manuscrit parisenc de Telesfor de Cosenza la referència a la destrucció d'esglésies i altars, sí que n'hi ha una al misteriós Policarp que la vaticinava:

«Dicit etiam Joachim quod legit in volumine alio anno lapso quod quasi prophetiam Policardus diaconus edidit, ubi dicitur quod multe religiones mendicantes ex deuocione apostolice paupertatis euenient de quibus aliqui ob eorum importunitatem, insolenciam et grauamen elemosinarum per ecclesiam destruentur et alique famosiores ex ipsis remanebunt ad tempus, que attamen non modicum locum in ecclesia sibi vendicabunt. Et quia multis graeci ditabuntur clerus timebit eos et timebit et seruiet ob timorem donec et ipse cum aliis destruentur. Item Joachim *super Jeremiam* ad li. in uerbo *derelinquam vos in manus tyrannorum* sic dicit: Hic notandum quod sicut Sodoma duo angeli euerterunt et sinagogam, sic etiam duo angeli Iohannes et Christus destruxerunt. Et sic oportet quod duo equi angeli officium predicationis habentes in duobus ordinibus designati in Moyse et in Helya, qui ordines secundum glosatores et Joachim sunt predicatorum et minores qui subuertent Ecclesiam in spiritu.»²⁰

d) Pel que fa a l'obertura d'una època religiosa nova, Telesfor de Cosenza remet a les profecies de Joaquim de Fiore:

«Item singulariter notandum est quod Ioachim in *libro Concordie* expresse tenet quod insurget sanctissima et noua religio, que religio erit libera et spiritualis,

18. *Ib.*, f. 112v, línia 40 - f. 113r, línia 60.

19. *Ib.*, f. 113r, línies 27-36.

20. *Ib.*, f. 111r, línies 8-19.

in qua romani pontifices pace ecclesie se continebunt, quam religionem et ordinem Deus super omnes diliget, que perfectio illius religionis illius ecclesie vincet aliorum omnium et ipsum et ordinem religionum.»²¹

e) Pel que fa al passatge a Jerusalem i l'elecció d'un papa veritable, que anirà de tronc amb un nou emperador, Telesfor de Cosenza és formal i partidari que el nou titular de l'imperi sigui el rei de França. A més, vaticina que les grans tribulacions comencen el 1364 i duren fins al 1409:

«Et primo refero quod frater Gilbertus de Anglia, Petrus Johannis, Jacobus grecus et magni theologi dixerunt clare quod magnus Sathan diabolus fuit solutus ad male agendum et dicte tribulaciones inceperunt in mundo anno natiuitatis Domini M CCC LXVIII uel circa et durabunt usque M CCCC IX, et hoc probant per authoritatem Danielis, quod ego eciam approbo, maxime quia dominus noster Christus, Math. XXIII loquens de aduentu Antichristi et volens solvere questionem discipulorum dicentium Christo: «Dic nobis quando hec erunt quod signum aduentus tui», etc., reuelando tempus de orationibus prophetarum pseudo de quibus ibi loquitur, remittit ad Danielelem dicens: «Cum viderint abhominacionem desolationis que dicta est a Daniele propheta stante in loco sancto» etc., in quo cap. Daniel continetur sic: Daniel audiens narrare tot tribulaciones ante adventum Christi et in veteri testamento, voluit cerciorari ab angelo sibi loquente an dicte tribulaciones euenient in nouo testamento; cui Danieli fuit responsum sic per hec verba: «A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium et posita fuerit abhominacio in desolacione[m] dies M CC XC. Beatus qui expectat et peruenit ad dies M CCC XXXV. Tu autem Daniel vade ad prefinitum tempus et stabis in sorte tua». Et est notandum quod prophete accipiunt diem pro anno. Iuge autem sacrificium ablatum fuit de templo et in ea fuit desolatio per Ptitum et Basbasianum imperatorem post natiuitatem Domini per LXXVIII annos, quibus LXXVIII annis adiunctis ad M CCXC sunt anni a natiuitate Domini M CCC XXXV. Sunt anni M CCCC IX quibus finietur dicta tribulacio, quia dicitur ibi: «Beatus qui expectat et peruenit ad dies M CCC XXXV annos», infra quos annos incipiendo a M CCC LXVIII a natiuitate Domini usque ad mille CCCC IX, principes reges et populi fideles et infideles et specialiter Romana ecclesia et alius clerus turbari debent a potestate et malicia dicti Sathan, et eciam multi antichristi in ecclesia Dei et in populo christiano insurgent infra illud tempus et maxime supradictus Fredericus cum tribus antipapis turbabit mundum et maxime incarcerando regem Francie nomine Karolum, quem Deus miraculose liberabit a carcere. Et post fiet ab ipso sancto et angelico pastore prius priuatis prelati et ducibus Alamannie ad quos spectat electio imperii. Qui imperator cum angelico pastore qui ipsum coronabit reformabit ecclesiam in statu paupertatis et Dei obsequiis. Et ipse imperator cum vno sancto papa facient septimum et ultimum passagium per terram sanctam quam recuperabunt, nec ante nec post fiet aliud passagium; ante non poterit propter supradictas tribulaciones, et post non erit necesse, quia terra sancta erit recuperata a christianis et iudei, greci et alii infideles incipient conuerti ad Christum. Et hoc secundum Joachim et Rabanum in diuersis libris.»²²

21. *Ib.*, f. 112r, línies 14-18.

22. *Ib.*, f. 116v, línia 34 - f. 117r, línia 27.

Atès que el ms. de la BNP és un testimoni textualment útil del llibre de Telesfor de Cosenza²³, els extrets que n'hem ofert serviran potser per a il·lustrar el clima d'expectació, de tensió i gairebé gosariem dir d'histèria que es va apoderar d'alguns cercles exaltats a partir dels fets que menaren al gran cisma. Els lul·listes de la *Incantatio* i les seves lucubracions, fossin o no fossin indegudament manipulades per l'inquisidor, pertanyen, doncs, a un grup típic de llur època.

D'altra banda, el lector haurà pogut observar que Telesfor de Cosenza recull alguna tesi típicament arnaldiana. D'una banda, atorga a les ,profecies' del seu temps el valor de ,quax paraula de Déu' que els atorgava Arnau²⁴; d'altra banda, com Arnau, profetitza la vinguda de l'Anticrist a data fixa, basant-se en els textos combinats de Dan 12, 11-12 i Mt 24, 15, i en el principi exegetíc de ,dies pro anno'²⁵. La cita de l'*Horoscopus*²⁶, qui sap si inventat per Arnau²⁷, i de la profecia *Vae mundo in centum annis*, donada a conèixer pel vilanovà en el seu tractat *De mysterio cymbalorum Ecclesiae*²⁸, fan comprendre que Telesfor de Cosenza, el qual no cita tanmateix ni el nom ni cap obra d'Arnau, n'havia sofert la influència, sigui directament, sigui indirecta. O almenys es movia en uns quadres de pensament que no podien ésser aliens als cercles

23. Així ho estampa DONCKEL, *o. c.*, 39.

24. Cfr. supra, p. 611. Sobre la possibilitat de trobar ,revelació' fora de l'Escriptura, admesa per Arnau, hom pot veure l'edició de Josep PERARNAU de *L'Alia informatio Beguinorum d'Arnau de Vilanova* (Studia, textus, subsidia, II), Barcelona, Facultat de Teologia 1978, 52, línies 295-310 i pp. 54-55; i la seva transcripció del text del *Tractatus de tempore adventus Antichristi*, dins «Arxiu de Textos Catalans Antics», 7/8 (1988-1989), 151-152, línies 754-775.

25. Cfr supra e). Pel que fa a Arnau, cfr *De tempore adventus Antichristi*, dins *ibid.*, 7/8 (1988-1989), 145-150 i 169, línies 481-569, 573-575, 694-698 i 1518; *De mysterio cymbalorum Ecclesiae*, *ibid.*, 84-86, 91-92, línies 575-615, 724-730.

26. Cfr supra a). Pel que fa a Arnau, cfr *Antidotum contra venenum effusum per fratrem Martinum de Atheca praedicatorum*, Vat. Lat. 3824, f. 239ab, citat per Jaume MENSA I VALLS, *Sobre la suposada paternitat arnaldiana de l'Expositio super Apocalypsi*: *anàlisi comparativa d'alguns temes comuns a aquesta obra i a les obres polèmiques d'Arnau de Vilanova*, dins «Arxiu de Textos Catalans Antics», 13 (1994), 140, nota 85; també és esmentat l'*Horoscopus* en la lletra d'Arnau a Bartomeua Montaner, New Haven, Yale Univ. Library, ms. Marston 225, f. 28v, citada per R. E. LERNER, *On the Origins of the earliest Latin pope prophecies: A reconsideration*, dins *Fälschungen im Mittelalter*, V, Hannover 1988, 630, nota 44: Cf. ATCA, XI (1992), 21/27. La profecia de l'*Horoscopus* amb el seu comentari és present a l'inventari post mortem dels llibres d'Arnau de Vilanova: cfr Roc CHABÀS, *Inventario de los libros, ropas y demás efectos de Arnaldo de Villanueva*, dins «Revista de Archivos, Bibliotecas y Museos», IX (1903), 193, nota 97; 194 nota 145; 199 notes 265-266; 202 nota 368, sense que això signifiqui res pel que fa la paternitat arnaldiana de la profecia o del seu comentari.

27. Ja des del temps de H. GRUNDMANN, en *Liber de Flore. Eine Schrift der Franziskaner-Spirituellen aus dem Anfang des 14. Jahrhunderts*, dins «Historisches Jahrbuch», 49 (1929), 33-91, reeditat en *Id.*, *Ausgewählte Aufsätze*, II, Stuttgart 1977, 101-165, especialment 109-110, la paternitat de l'*Horoscopus* és controvertida: cfr, R. E. LERNER, *On the Origins...*, 623-631 (admet que Dàndal de Lleida pot ésser un personatge real); R. RUSCONI, *À la recherche des traces authentiques de Joachim de Flore dans la France Méridionale*, dins *Fin du monde et signes des temps*, «Cahiers de Fanjeaux», 27 (1992), 70 (creu que Dàndal és un personatge fictici i que tant el text com el comentari de l'*Horoscopus* són d'Arnau de Vilanova).

28. Cfr. *De mysterio cymbalorum Ecclesiae*, *ib.*, 102-103, línies 947-999.

lul·lians atacats per Eimeric en la *Incantatio*, a propòsit dels quals ja vam tenir l'oportunitat de remarcar fins a quin punt tenien coincidències amb algunes doctrines arnaldianes típiques.²⁹

29. Les coincidències entre lul·lisme i arnaldisme durant la segona meitat del segle XIV han estat posteriorment confirmades: cfr Jaume DE PUIG I OLIVER, *El "Dialogus contra lullistas" de Nicolau Eimeric, O. P. Edició i estudi, dins "ATCA" 19 (2000), especialment 74-88.*